



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano
accommodata**

Hermann Werner <Paderborn, Bischof>

Nevhsii, 1687

Forma absolutionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36005

Suaritè & integrè confiteatur, remotâ stultâ illâ quorundam verecundiâ, qua præpediti, suadente Diabolo, peccata confiteri non audent.

Si Pœnitens numerum, species, & circumstantias peccatorum explicatu necessarias, non expresserit, eum Sacerdos prudentè interroget, ut quantum novit, vel tempus saltem peccati, si aliter nequeat explicet.

Caveat verò, ne curiosis aut inutilibus interrogationibus quenquam detineat, præsertim ju-niores utriusq; sexus: vel alios, de eo, quod ignorant, imprudentè interroget, ne scandalum pati-antur, indeq; peccare discant.

Demum auditâ confessione, perpendens peccatorum, quæ ille admisit, magnitudinem ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac pœnitentis conditione, oportunas correptiones, ac moni-tiones, prout opus esse viderit, paternâ charitate adhibebit, & ad dolorem, & contritionem effica-cibus verbis adducere conabitur, atq; ad vitam emendandam, ac melius instituendam inducer, re-mediaq; peccatorum tradet.

Postremo datâ & præmissâ tali instructione, salutarem & convenientem satisfactio-nem, quantum spiritus & prudentiâ suggesterit, injungat, habitâ ratione status, conditionis, sexus, æatis, & dispositionis pœnitentium. neq; sempè maximam pro mortalibus pœnitentiam injun-git, ne infirmiores deterreat, neq; passim progravibus levissimas pœnitentias imponat, ne si fortè peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id verò ante oculos habeat, ut laisfactio non sit tantum ad novæ vitæ remedium, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præ-titorum peccatorum castigationem.

Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis pœnitentias injungat: veluti, a-vris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones; superbis humilitatis officia, desi-diosis devotionis studia. Ratus autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidenti-bus, utilissimum fuerit Consulere, ut sæpè, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus confi-tantur, & si expediatur, communicent.

Pœnitentias pecuniarias sibi ipsi Sacerdos, non applicet: neq; à pœnitentibus quicquam tan-quam ministerij sui præmium petat vel accipiat.

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam pœnitentiam non imponat.

Videat autem diligentè Sacerdos, quando, & quibus conferenda vel neganda, vel differenda absolvio: ne absolvat eos, qui talis beneficij sunt incapaces: quales sunt, qui nulla dant signa doloris, qui odia & inimicitias deponere, aut aliena, si possint, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, & vitam in melius emendare nolunt; & qui publicum Scandalum dederunt, nisi publice latisfaciant, & scandalum tollant; neq; etiam ei absolvat, quotum peccata sunt superioribus reservata.

Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis, & censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio) sed prius, si potest, cui debet satisfaciatur: ac si periculum evaserit, & aliqua ratione superiori, à quo aliás esset absolvendus, se tere teneatur, cum primum poterit, coram eo se sistat, quicquid debet, præstiturus.

Quodsi intet confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquenda ægrum defici, nutibus & signis conetur, quo ad fieri poterit, peccata pœnitentis cognosceere, quibus ut-cun, vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi siderium sive per se, sive per-a-lios tenderit, absolvendus est.

Meminerit porro Sacerdos, ægris non esse injungendam gravem, aut laboriosam pœnitentiam, sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim iuxta gravitatem morbi, aliquâ oratione, aut levi satisfactione impositâ, & acceptatâ, absolvant, prout opus fuerit. Cum rudibus, simplicioribus & rusticis studeat ante absolutionem eli-cere cum contritionis vel attritionis.

FORMA ABSOLUTIONIS.

Cum igitur pœnitentem absolvere voluerit, injunctâ ei prius, & acceptatâ salutari pœni-tentia, primò dicet.

Mreatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad
am aeternam. Amen.

C

Dein

Absolutio

Oc in dextrâ versus pœnitentem elevatâ dicit.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te abservo ab omni vinculo excommunicationis, (suspensionis) & interdicti, in quantum possum, & tu indiges.

Deinde.

Ego te absolvô à peccatis tuis, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri Iesu Christi, merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.

Amen.

In frequentioribus autem & brevioribus confessionibus omitti potest Misereatur, aliquando etiam si necessitas urgeat, & status pœnitentis permittat, Dominus noster, sicut & Passio Domini, ut in periculo mortis, vel intercurrente alia improvisa turbatione, & tunc sufficit solum dicere: Ego te absolvô ab omnibus censuris & peccatis tuis, In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.

DE ABSOLUTIONE AB EXCOMMUNICATIONE

IN FORO EXTERIORI.

Si potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit à superice, & in mandato certa forma sit praescripta, illa omnino servanda est: si vero in mandato seu commissione dicitur: **I**nformâ ecclæsæ convetâ absolvat. Sequentia servanda sunt.

Primo. Ut excommunicatus ei, ob cuius offensam in excommunicationem incurrit, pris, si potest, satisfaciat. Quod si runc non possit, sufficientem cautionem præbeat, ut saltem, si em præstare non potest, juret, se, cum primum poterit, satisfacturum.

Secundo. Si Crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum a eo exigatur, de parendo mandatis Ecclesiæ, quæ illi sient pro tali causa: ac præcipue, ne deinceps delinquit contra illum canonem, vel decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

Deniq; hunc absolvendi ritum observabit.

Pœnitentem coram se utroq; genu flexo in humero (si vir sit) usq; ad camisiam exclusivè nudato virgâ aut funiculis leviter percutit sedens, dicendo totum psalm. Miserere cum Coria Patri, &c.

Deinde surgit, & aperto capite dicit.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson: Pater noster. Et ne ns inducas in tentationem. Sed liberanos à malo. **V.** Salvum fac Servum tuum (vel ancillam tuam.) **R.** Deus meus sperantem in te. **V.** Nihil proficiat inimicus in eo (vel in ea.) **R.** Et filius iniquitatis non apponat vicere ei. **V.** Esto ei Domine turris fortitudinis. **R.** à facie inimici. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus &c.

Oremus.

Deus, cui proprium est, misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, (hanc famulam tuam) quemquam excommunicationis sententia constringit, miseratio tuae pietatis clientè absolvat. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Mox